



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De triplici ruina ecclesiae Cap. 44

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

DE TRIPLICI RVINA ECCLESIAE.

- claudicantes nil aliud quā bona tēporalia, etiā vltra vitā necessitatē supflua, quærimus, & ita p̄ immoderatā sollicitudinē, à sp̄ialibus (quibus principaliter intendere deberemus) pror̄sus retrahimur, quia semē. i. Verbu dei, quod cecidit inter spinas suffocatur à nostris circa tēporalia sollicitudinibus. Secundo deficiamus in spe. Nā sicut fertur ruhetas seu bufones cōuefci terra sed parce, quasi timeant sibi terrā ad esum deficere, sic nos tēporalia auide cumulātes & timide referuantes, in pijs causis, nihil aut parū impēdimus, & quasi dubitamus de prouidētia dei, qui pascit creaturas irracionales, multo magis racionales hoies ad suā imaginē productas, de qbus ipsi deo cura est. Tertio deuiamus ab euāgelio cōtra dei amorem qui bona tēporalia q̄rimus, nō propter deū seu propter bonū gr̄a, sed propter se vt ditemur & vltimū finem in fruēdis tēporalibus constituamus. Nā quodāmodo sustinū bonū nostrum ponimus in sanitate, in honore, in diuitijs & delitijs, hinc
- Lucā. 8.** Daud. Beatū dixerūt populū cui hæc sunt, Qualiter autē deficiamus in fide, spe & charitate, habetur copiose in Catharina Senensi.
- Lucā. 12** XII § Atqui ecclesiastici præ cæteris exorbitāt à via iustitiæ. Nā ipsi maiorem sibi cōscientiā formāt quando negligūt acquirere vel præseruare tēporalia bona ecclesiæ, quā si ex negligentia sua plures animæ ipsi cōmissæ deo nō acquirantur, vel Lupo veniēte ipsi fugiētes dimiserint oues per diabolu dispersas atq; direptas. Formāt in super sibi conscientiam, si honore tēporalem, vel locū vani honoris cōsuetū negligūt. Pro quo episcopi, cæteri q; prælati & capitulares in sessionibus aut processionibus publicis frequēter certant cōtra doctrinā euāgelij, vbi dicitur. Qui maior est vobis, fiat sicut minor & q; præcessor est, sicut ministrator. Hinc saluator apud Birgittam inquit: Magnū monstrum est, vbi rex gloriæ humiliatus est, ibi homo ratiocinijs obligatus, velit inflari superbia, nam si quis præficatur alijs, magis timere debet, q; grauis prouintia ei incūbit. Sui q; subditi, eiusdem, cuius ipse, naturæ sunt, & omnis potestas à deo est, idcirco potes nō debēt extolli, sed secūdam humilitatis rationē existimare, omnes homines esse æquales, inquantū ad ius naturale attinet.
- Psal. 143** XIII § Plures hæc absurditates & enormes pueritates ac abusiones, humanæ traditiones, cōtra euāgelicū statū introductæ, allegari possent, quæ hodie in quibusdā ecclesijs, quasi pro legitimo iure defendūt, quas ad præsens breuitatis gratia prætereo. Et licet quilibet priorum ecclesiæ statū singulares habuerit defectus ex fragilitate hominum proueniētes, (ecclesia enim nunquam libera fuit, nec penitus separata à reprobis mēbris, q; in ea semper maior malorū quā bonorū numerus extiterit, præsertim circa finem cuiuslibet status, quandoquidē ob nimiam malitiā præcedentis status, semper alius status, quasi in prioris defectū subsequutus est) tamen specialiter in præsentibus quinto & sexto statibus in ecclesia abundat hominū malitia, adeo q; deus quodāmodo pro sua iustitia deletio ecclesiasticā dignitatē. Quæ deletio erit secūda ruina. Inquit em̄ Augustinus: Sic sunt in ecclesia homines mali, vt in corpore humano humores mali, q; si prævalent bonis, hominē interire necesse est, ergo ecclesia modo malis hominibus repleta, proxima est ruinæ secūdæ, de qua nūc sequitur.
- Ca. Se. 140.** & c. 141
- Iohā. 10.**
- Lucā. 22**
- Matt. 20.**
- 6. Bir. 53.**
- De libel. off. conditōe 11.**
- Eccle. 32**
- Roma. 13**
- Dist. 22. de cōstanti.**
- De cō. di. 4.**
- §. est vnitas.**
- Lucā. 2.**
- Gerson pte 1. de signis ruinæ eccle.**
- Ephe. 5.**
- Leuiti. 26**
- Hiere. 6.**
- ff. de re. iu. l. qd atti.
- §. c. 42. §. 10.
- §. c. 22. §. 9.
- §. eq. §. 1. & §. c. 7. §. 5. 7.
- §. c. 56. §. 12.
- §. c. 6. §. 1. & §. c. 54. §. 7.
- §. c. 40. §. 6 & §. c. 54. §. 3.
- §. c. 40. §. 1. & §. c. 44. §. 2.
- §. c. 42. §. 3. & §. c. 48. §. 5.
- §. c. 43. §. 7 & §. c. 46. §. 6.
- §. c. 42. §. 2 & §. c. 38. §. 8.
- Cap. XLIII.
- Imeon iustus & timoratus ruinam ecclesiæ prænūtiavit, de domino nostro Iesu Christo prophetizans. Ecce positus est hic in ruinam multorū in Israel, & in signum cui contradicetur. Ad virginem vero, tuam inquit ipsius animam pertransibit gladius. Super qua prophetia Cancellarius Parisiensis in sermone ad concilium Constantiense dixit: Orto signo nati Christi illud Herodes impleuit, qui mox pueri animam quæ fuit, postmodum Christo contradixerunt Iudæi, persecutores, hæretici, cæteri q; peruersi homines, maxime moderni ecclesiastici, qui non solum signo contradicunt, sed gladio animam virginis crudeliter transigūt. Virgo est ecclesia, cuius typū gerit Maria dei sp̄osa & mater nostra. Quam quidem ecclesiam hodie clerici suis malis operibus & exemplis trahunt in ruinam. Ad quos dominus ait: Cadetis inter ruinas idolorū vestrorum & deserta sient in cūuaria vestra. Item victimæ vestræ non placuerūt mihi,

§.ca.35. §.7 runt mihi, propterea dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres simul & filij. Propter peccatum enim labiorum ruina proximat malo. Dominus ergo iudicabit in nationibus & implebit ruinas.

Pro. 12
Psal. 109

I § Inde Vincentius suū de fine mundi tractatū cōposuit, atq; distinxit tri phariam ecclesiæ ruinā. Prima est vitæ spiritualis, quæ iam dudū corrui, peritq; tam in clericis q̄ in laicis, vt supra per decem capitula deducitur. De clericis inquit scriptura, propheta infans, vir spiritualis laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius. De laicis vero: Dominus pavor vester erit vobis in ruinā habitantibus in Hierusalē, & offendent ex eis plurimi, & cadent & cōterentur & irretient & capientur. Et infra: In captiuitatē traduxerūt robustos. i. principes Tyri, posuerunt in ruinam terram Chaldæorū. i. laicorū. Qui audiunt aliquādo verba dei, sed non faciunt ea, ideo stantibus cupiditatū ventis, & in domū eorū irruentibus, cecidit domus, & fuit ruina eius magna, quia ædificant domum suam super arenam vel super petrā sine fundamento, & qui altā facit domū suā, quærit ruinam.

Vincentius.

Osee. 9
Esaia. 8.

Esaia. 23
Mat. 7
Luc. 6

In multiplicatione itaq; impiorū multiplicantur scelera, & iusti ruinas eorū videbunt. Terram em̄ gigantum deus detrahet in ruinam.

Prou. 17
Prou. 29
Esaia. 26

II § Ruinæ autem impiorum erunt quando dominus disperdet à facie terræ homines tam seculares q̄ ecclesiasticas, inquit enim propheta: Ecce dominus mandauit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorē scissionibus. Hæc censetur esse secunda ecclesiæ ruina, & gladius occisionis magnæ, qui multiplicat ruinas. Eadem nanq; postera ruina erit, quando proxime ruet dignitas ecclesiastica. Quæ quidem ruina est nostra præiacens materia. Et futura est in propinqua calamitate, de qua inferius tractabitur. Tertio ruet fides catholica tempore scilicet Antichristi magni, cuius tertiæ ruinæ mentio postea fiet.

Sopho. 1.
Amos. 6

Ezech. 21

III § Eandem triplicem ruinam taxat Daniel per statuam quā in somno vidit Nabuchodonosor, qua statua demonstrat initium & mediū & finis ecclesiæ.

Danie. 2

Quæ quidē ecclesia primā spiritualis vitæ ruinā pedetentim, per singulos suos statūs, passa est. Nam vitæ statuae caput erat ex auro puro, quod significat primitiuā ecclesiam in statu primo & secundo. Ipsa autē ecclesia per hæreticos errores de auro ruit ad argentū, quā obrē ibi ed narrat, illius statuae pectus & brachia fuisse ex argento. Siquidē eotunc in statu tertio per doctores & concionatores, qui in pectore sincerā charitatē, in brachijs sanam doctrinā & indefessum laborē tenuerunt, ecclesia fuerat sustentata, ne omnimodā ruinā pateretur, tamen ad pristinū aureum statū, vt pote ad vitæ perfectionē & sanctæ conuersationis ardorē, reduci minime poterat vnde ecclesia permansit argentea, quoniā rebus proprijs & temporalibus vt ac frui cepit ad se sustentandā & defendendam.

III § Deinde ecclesia de argēto cecidit ad æs, hoc est ad quartū statū, quando venter & scœmora statuae erant ex ære. Nam cupidine bonorū tēporaliū hypocritæ simularunt se bonos esse Anachoritas, vt occulte possent replere ventrē saturitate, & scœmora voluptate. Veri autē Anachoritæ ornaverunt ventrē abstinentiæ, & scœmora castitate, & sic seipos per tēperantiā ærea catena constrinxerūt. Tunc igitur ecclesia vsa est ære pro argēto, hoc est artiore cōtemplatione pro leuiori obseruatiā, quo cautius fallaciæ hypocritæ & aliorū falsoꝝ Christianorū in ecclesia euitantur. Siquidem in æreo nummo minus falsitatis cōmitti potest q̄ in nummo argenteo, cuius species facile fingitur per adulterina metalla argēto inferiora, quibus moneta deprauatur.

V § Ecclesia vero ne ærea quidē permansit, q̄ ad ferrū vsq; ruerit, quia contriuit portas æreas, prælibata em̄ statua habuit tibias ferreas, quoniam in quinto & proximū, sed quo ad seipos sunt indurati instar ferri, quod est durū & frigidæ naturæ, ac nō domatur nisi malleo. Sic ferrei homines nō domant nisi incude suppliciorū, seu virga ferrea, hoc est scœdus ferrē ab aquilone.

Psal. 105.
Danie. 2

VI § Tandem ecclesia cecidit in lutum, quod in statuae apparuit pedibus, quorum pars vna erat ferrea, altera lutea. In hoc luteo censetur modo iacere, in decursu scilicet status sexti, quoniam iniquitas iam abundat & refrigescit chari-

Danie. 2.
Mat. 24

DE TRIPLICI RVINA ECCLESIAE.

Gene. 6. tas multoz. Omneq; vitium in præcipitio est totusq; mûdus in maligno positus
 1. Iohan. 5. ac terra repleta est iniquitate. Vt iã in prima ruina ecclesia censetur integre tran-
 3. Bir. 10. sisse & tota vita spiritualis euauisse. Hinc beata Maria apud Birgittã ait: vitia
 2. Theff. 2. in mûdo iam plus solito inualefcû. Nempè mysteriũ iam operatur iniquitatis,
 ficta nãq; pietas quæ ã mystica seu secreta iniquitas Antichristi (qui suo tẽpore
 reuelabitur) hoc tẽpore in ecclesia operatur, ficti em̃ & mali Christiani, qui sunt
 Antichristi præcursores, in ecclesia regnant & grassantur, donec de medio mûdi
 tollat potestas romani imperij, vel donec fiat discessio à fide & suppressio vniuer-
 salis ecclesiæ. Omnes equidẽ homines modo declinãt & simul inutiles facti sunt,
 quoniam à semita mādatorũ dei elongauerũt se cūcti, vt ne vnus quidẽ sit quo iu-
 uante, ecclesia sustẽtari valeat, ex quo ipsi etiã religiosi, per quos populus Chri-
 stianus deberet imbui, sunt sceleribus pressi.

VII § Ergo propter ruinã spiritualis vitæ præteritã, restat secũda ruina eccle-
 siasticæ dignitatis, q̃a prorsus priuabit ecclesia. Siquidẽ statua Danielis in bre-
 ui rumpet per lapidẽ sine manibus hominis de mōte abscisum. i. p̃ iudiciũ Chri-
 qui nobis ceu morbosus mēbris ecclesiæ babilonica, positus est iudex in ruina.

1. Petri. 2. Hic lapis factus est caput anguli & lapis offensionis & petra scādali. De q̃ Esaias.
 Esai. 8. & c. Dñs erit vobis in lapidẽ offensionis & petram scādali, & in laqueũ & in ruina.
 17. & 27. Quæ ruina ecclesia desinet esse ciuitas, quia est quasi aceruus lapidũ in ruina, quan-
 doquidem lapides sanctuarij sunt dispersi, ac lapides altaris sunt sicut lapides ci-
 neris. Eo iñdem lapides, in quibus lepra est, iubentur erui de domo. i. de ecclesia,
 ipsam autẽ domũ radi intrinsecus lapidesq; alios reponi pro his qui tanquã leprosi
 fuerũt ablati. Omnis deniq; qui ceciderit super lapidem Christũ cõquassabitur, su-
 pra quem autem ceciderit, cõminet illũ. Per vnũ itaq; lapidẽ intelligitur Chrus
 iudex, per alterũ mixtus Antichristus, cũ quo ecclesia præuaricatrix mēchabit.
 Luc. 20. Et sub quo lapide dignitas ecclesiastica penitus extinguetur. Per lapides lepro-
 sos toxantur clerici vitiosi. Hæc de secũda ecclesiæ ruina.

VIII § Porro quo ad tertiam ruinam per dictũ lapidem representatur ma-
 gnus Antichristus. Quo grassante fides catholica penitus supprimitur in ecclesia
 & quasi in toto terrarũ orbe. Siquidem in solo latino solo potissimũ hodie eccle-
 sia Christi ex nauicula Petri consistit. De illo lapide dicitur: Qui in altũ mittit
 lapidem, super caput eius cadet & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera, & qui sta-
 tuit lapidem proximo suo, offendet in eo. Atqui antequã Antichristus cõteretur
 prius ecclesia eodem lapide cõquassabitur, & quodammodo totaliter ruet. Tunc
 em̃ tertia fiet ecclesiæ latinæ ruina, quæ in alijs ecclesijs, vtpote Hebræa & Græca,
 dudũ præcessit, Vbi fides catholica laudabiliter olim vigit, postea miserabiliter
 euauit, & adhuc illic iacet supina. Loco cuius multiplices sectæ Sarracæ norum,
 Mahumetistarum, Wicelistarum, aliãq; hæ reses infinitæ pullulant, & quasi totã
 Asiam Aphricamq; occupant. In nonnullis quoq; Europæ regnis, vtpote in Sar-
 matia, Russia, Bohemia, alijsve Germaniæ partibus irregulares crudelitates inua-
 lescent contra fidem orthodoxam, quæ hæctenus ad pauca Europæ regna reda-
 cta est. Et sicut quõdam in Iudaica & Græca ecclesia ruina est præterita, sic in la-
 tina ecclesia erit futura, & quoad dignitatem ecclesiasticã subuertendam, valde
 propinqua, vti plenius infra dicitur.

IX § Redeo ad secũdã ecclesiæ ruinã. Quæ est piacētis nostræ materiæ. De
 qua Esaias exclamat: Domine deus, posuisti ciuitatẽ, id est ecclesiã in tumultũ, vr-
 bem forẽ in ruinã. Et infra: Ciuitas sancti tui facta est deserta, domus sanctifica-
 tionis nostræ, vbi laudauerũt te patres nostri, facta est in exustionẽ ignis, & omnia
 desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Ista præterea secũda ecclesiæ ruina signi-
 ficata est per erectionẽ idoli seu statuæ aureæ, quã adorari Nabuchodonosor p̃-
 ceperat. Nã supra descriptus Antipapa, seu mixtus Antichristus, vt sibi soli omnes
 dignitates, diuitiasq; imburset, sub specie sanctitatis hoies decipiet. Quamachi-
 nationẽ prorsus extinguetur dignitas ecclesiastica, hoc plene declarat Vincētius.

Vincētius de XI § Ad illius dignitatis ecclesiasticæ destructionem idem Antipapa vte-
 si, mûdi pte tur auxilio & brachio tyranni supradicti, hoc demonstrauit Gabriel Danieli di-
 cens:

§. c. 43. §. 8
 & j. c. 47. §. 1
 j. c. 55. §. 3.
 §. c. 17. §. 3. & c.
 §. 6. & j. c. 61
 §. 5
 §. c. 41. §. 10
 & j. c. 54. §. 8
 j. c. 47. §. 8.
 j. ca. 45. §. 7
 §. c. 27. §. 3.
 §. c. 22. §. 5.
 j. c. 60. §. 4.
 §. c. 42. §. 4
 in prin. & j.
 eo. §. 9
 §. c. 38. i. pr.
 & j. c. 62. §.
 10.
 §. c. 39. §. 1.
 §. c. 42. §. 4
 in fi.
 §. c. 7. §. 7.
 & j. eo. §. 13
 j. c. 47. §. 1.
 §. c. 47. §. 7
 & j. c. 55. §. 6
 j. c. 54. §. 7.
 §. ca. 18. §. 2.
 §. ca. 12. §. 1.
 §. c. 42. §. 8
 j. c. 45. §. 9.
 j. c. 46. p. 10.
 §. eo. §. 7 &
 j. ca. 76. §. 1.
 §. c. 43. §. 5.
 §. c. 40. §. 3
 & j. c. 46. §.
 2. & j. c. 47 §
 2.
 §. c. 42. §. 9.

cens: Ciuitatē & sanctuarium dissipabit populus cū duce venturo, id est cum eodem tyranno, & finis eius vastitas, & post finem belli destituta desolatio. Deficiet hostia & sacrificiū, & erit in templo abominatio desolationis, & vsq; ad consumptionē & finem perfeuerabit desolatio. Hęc prophetia licet ad literā sit verificata in destructione ciuitatis Hierosolymę per populū Romanū duce Tito facta Iudæi em̄ adhuc hodie sunt dispersi, ac eorū desolatio durabit vsq; ad cōsumptionē tēporis, cuius memoratur Daniel, vbi dicit: Cum cōpleta fuerit dispersio manus populi sancti, tunc cōplebūtur vniuersa. Tamen mystice refertur ad proximā dignitatis ecclesiasticę ruinā, quę nobis iā in cauda quinti & in decursu sexti status imminet, atq; figurata est in tribulatione Machabæorum.

XI § Cui Machabæorū tribulationi secunda ecclesię ruina æquiparatur. Quoniam rex Antiochus (qui representat sæpe memoratum tyrannum) intrauit in sanctificationem cum superbia & accepit altare & spolia ciuitatis Hierusalem, & effudit sanguinē innocētē per circuitū sanctificationis, cuius sanctificatio desolata est sicut solitudo. Dies festi eius conuersi sunt in luctū, sabbata eius in opprobriū, honor eius in nihilū & sublimitas eius cōuersa est in luctū, & libros legis dei combusserunt igni, scindentes eos, & facta est ira magna super populum Israel valde. Et infra: Omnis compositio eius abata est, Quę erat libera, facta est ancilla. Et ecce sancta nostra & pulchritudo nostra & claritas nostra desolata est, & coinquinauerūt eā gētes. Et clamauerunt Iudas Machabæus & fratres eius, dicētes domino: Sancta tua conculcata sunt, & sacerdotes tui sancti sunt in luctum, & in humilitatē. Et ecce nationes cōuenerunt aduersum nos vt nos disperdant. Tu deus scis quę cogitant in nos. Quomodo poterimus sustinere antefaciem eorum; nisi tu adiuues nos. Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, sic fiat. s. ruina sanctificationis & dignitatis ecclesiasticę.

XII § Ad hoc conuenit, quod Christus discipulis, de structura templi mirantibus, quod bonis lapidibus & donis ornatum esset, respondit: Vos vñletis has omnes magnas ædificationes, sed venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruat. Modo quidē non relinquitur Christianus super Christianum qui non sit destructus. Sequitur in euangelio: Et tempus appropinquat cū audieritis prælia & seditiones. s. in ecclesia, prout iam multo tempore Christiani principes, tã ecclesiastici, q̄ seculares, iniqua bella mutuo inter se gesserūt & adhuc gerūt. Omne autē regnū in se diuisum, desolabitur, & domus super domū cadet, & oīs ciuitas vel domus cōtra se nō stabit. Et alibi: Amē dico vobis, venient hęc oīa sup generationē. i. Christianitatē istā. Ecce relinquet vobis domus vestra deserta. Itē in Marco ait Iesus: Si regnū in se diuidatur, non potest regnū illud stare. Et si domus super semetipsam dispartiat, nō potest domus illa stare. Plura de hac secunda ruina habentur infra.

XIII § Tertia ruina (de qua etiā supra) erit fidei catholicę, quę fiet per magnum Antichristum, id ipsum signatur in Daniele per ingentem arborem, cuius cacumen cœlum tangebatur. Nam is decipiet mundum, dignitates & diuitias promittendo & largiendo, vel per illusiones, tormenta, dona, vel per carnalitates Christianos de cœlo cadere faciet. i. à fide catholica enicere conabit. De hoc plenius habet infra, & in fine opusculi Vincentij. De singulari vniuscuiusq; peccatoris triplici ruina intelligitur supra allegata sacra scriptura tropologice exponenda, De qua aliquid in sequentibus. Est & quarta ruina vniuersū mundi, q̄ corruet, operariq; cessabit post diem extremum.

¶ De ruina ecclesię orientalis. Cap. XLV.

Iohannes vidit de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemię. Hęc prophetia in ecclesia orientali videtur impleta. Quę quidem ecclesia super sui ruina per patientem Iob exclamavit: Ad dexteram orientis calamitates meę ilicō surrexerunt, & non fuit qui ferret auerterunt, dissipauerunt itinera mea, & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium, Redacta sum in nihilum. Per bestiam (inquam) de mare ascendentem intelligit